



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXVI. Graf Heinrich von Lüchow giebt dem Kloster Diesdorf zwei Wenden
in Sterle für Besitzungen in Lewitz, am 27. August 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXXV. Erich und Johann Crucemann, Gebrüder, überlassen dem Markgrafen Hermann Kornrenten aus Hemmingen für die Bede von Besitzungen in Ellenberg, die sie dem Kloster Diesdorf verkauft haben, am 12. April 1304.

Nouerint christi fideles vniuersi presentem paginam inspecturi, Quod nos Ericus et Johannes fratres dicti cruceman, dimisimus domino nostro Marchioni Hermanno principi glorioso, dimidium chorom in annuis redditibus in bonis nostris Henninge, pro quo relaxauit dictus noster Dominus precariam, que dari solebat de bonis in Ellenberge, que vendidimus Ecclesie et Conuentui in Distorpe, scilicet II choros, Quod dominus Borchardus, de Bertenfleue dictus, aduocatus in Saltwedel, vna nobiscum protestatur nos fecisse, sicut patet in Sigillo suo, quod est cum nostris sigillis appositum presentibus et annexum in testimonium veritatis. Datum anno domini M^o. CCC^o. III^o., Die dominica ante Tyburcii.

XXXVI. Graf Heinrich von Lüchow giebt dem Kloster Diesdorf zwei Wenden in Sterle für Besitzungen in Lewitz, am 27. August 1304.

Heynricus, dei gracia comes de luchowe, omnibus presentem paginam uisuris et audituris salutem in domino sempiternam. Nouerint tam moderni quam posteri, quod nos ecclesie et monialibus in Distorp tradidimus duos slanos in villa sterle cum omni iure et proprietate in concambium honorum, que in villa lewize actenus possederunt. Vt autem hec ordinatio nostra stabilis permaneat et firma, presens scriptum sigilli nostri robore solidamus. Testes huius rei sunt: Dominus Johannes prepositus in Luchowe, Dominus Hugo prepositus in snege, Dominus Johannes gans, plebanus in hiddefakere, Dominus Heinricus et dominus olricus zabelli fratres et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Luchowe, Anno domini M^o. CCC^o. III^o., in vigilia sancti Augustini.

XXXVII. Burchard von Walstave schenkt dem Kloster Diesdorf den Zehnten zu Deutsch-Dolslegen, am 25. Mai 1306.

Quum naturalis rationis informat equitas, vt benignitatis obsequia benignioribus reconpensatiuis muneribus reconpensentur, Hinc est, quod ego Borchardus, dictus de walstoue, Miles, affectus benignos sanctimonialium monasterii in Distorp, que meam filiam diuine pietatis intuitu